

suum armis defensurus. Vocatus ad caussam multo equitatu fretus, & longa militum turba stipatus adfuit. Armatu, ne quid deterius contingere, data est venia, frustra expostulantibus Valentina vidua & Aurelianii liberis. Hinc civile bellum ob duarum familiarium controversias enatum, quo Francia nondum obfirmata de tot morbis valetudine, ultimo pene exitio confecta est. Immanes pecuniarum exactiones, pestilentia, nec non famae, ac ne ullum malorum genus defesset, atrocissima seditiones a vilissimis hominibus Burgundi factione sunt excitatae, ferrum acutibus in Aurelianis Ianis, atque adeo Duce ipsorum Cabochao eviceratore. Anno millesimo quadragecentesimo decimo octavo, factio Burgundica, ut commemorant Juvenalis Ursinus, Monstreletus, aliquie Historici, cum nihil tale ab illa expectaretur, horrendas Lutetiae Parisiorum patravit ex composito cedes in partis Regie defensores, unoque die Comitem Armaniacum Regni Comestabilem, Henricum Marlium Regni Cancellarium, Episcopos Constantiensem, Silvanensem, Ebrocensem, & Bajocensem, aliosque Proceres, Abbatesque, & plurimos Nobiles, Consiliarios etiam Parliamenti, aliosque Ministros Regios passim trucidavit, tam seculares quam Ecclesiasticos, quicunque suspecti esse poterant adversari Burgundo aut divitiis pollere, ut eas raperet, interficeret: tanta etiam rabie, ut multi de fenestrarum vivi precipitati, ab iis qui inferiore loco stabant, hastis & gladiis exerts excepti fuerint. Denique ad multa milia occisi viri, mulieres, pueri: omniumque cadavera plaustris & curribus extra Urbem delata, expositaque feris & vulturibus, vel in profluente injecta, quibus pisces saginarentur. Delphinus autem, qui praecepit ad necem quarebatur, vix & lecto nudus eductus est a quodam forti & nobili Tanegulo de Castello, natione Britone, & primo in arcem Sancti Antonii inde Melodunum abducens. Inter haec, Rex miserabilis equo impositus per urbem circumductus. Dux vero Burgundia, qui cum Regia Elisabetha Bavara tunc apud Trecas versabatur, ita audita tempestate Parisios accurrit, & a Parisenibus ingenti pompa receptus est. Et mox nova exicata in reliquis Armaniacorū (ita Regios vocabant) seditione, per Capelachum innumera scelerā, fievit, & sacrilegia perpetrata sunt.

24. Tandem Divina ultio Burgundum tot flagitorum auctorem prosequuta est. Cum enim per colloquii speciem Carolus Delphinus & Burgundus ad Montoriolem, qua Icauna fluvius Sequanae immiscerat, convenissent, ad medium Pontis, in quo constructum ad id fuerat ligneum tabernaculum, Burgundus suos videns Comites clausis cancellatis exclusos, certus infidiam manum ad ensis sui capulum admovit, tum Tanegulus de Castello exclamans, siccine in Dominum meum mortem machinari? Securim in ejus caput impedit, riteque vulneribus interemerit. Atque ita Burgundus mortem Aurelianensi suo iustu perfidio illatanam pari talione Igitur. Incertum est, utrum infidis iis confererit Delphinus, an in machinatione occisoris olim Aurelianensi conjunctissimi, & Burgundo infelissimi, cades illa patrata fuerit. Nihil tamen per eam tranquillitas regno accessit. Plus quam novercali in filium odio eferata Regina, quæ se, Regemque delirum Burgundo penitus tradiderat, ejusque omnibus consiliis, quantumvis perversis, regno exitialibus fortiter rebus erat adhaerere. Qui vero Joanni patri succedit Philippus Burgundia Dux eo nomine secundus, & Flandria Comes in propriam patriam cum Bavaria Regina conjurans, Anglos in ultiōnem paternę necis in Franciam excivit ad pradam, atque (tanta est humanae affectuum cecitas) in proprium sui suæ prolixi detrimentum, que cum esset Regio Francie sanguinea, poterat in regnum succedere, que spes radicibus exscindebatur, si aliquando Francicum Regnum fuisset ad Anglos alieni sanguinis devolutum. Anglorum copia in expugnationem Francie ab Henrico quinto Anglia Rege in Galliam trajecta, divisis nostris, gravissimum Francie vulnus infixere. Nam Ariflor (Hanflor) prius expugnato ad Azincourtum commiso prælio decem Francorum millia cum potiore nobilitate occupuere. Totidemque ferme capta sunt. Duces interempti Alenconius, Ambarus, Brabantius, Nivernensis, & Albertus Comestabilis. Capti Aurelianensis & Borbonius Duxes, aliquie complices & primaria nobilitate; Boufficalius Francorum Marecallus dum captus ab Anglis abducitur, ex vulneribus in acie acceptis moritur.

25. Exinde Rex Anglus Henricus quintus hac insigni parte victoria in Normanniam arma convertit, longaque obsidione per inediā Rothomago expugnato, aliisque urbibus qua vi qua proditione subactis, universam provinciam, quam olim Philippus Augustus Anglis eratam Francie redintegraverat, occupavit. Nuptias cum

Catharina Regis Francie filia cum dotali Francie regno contraxit, excluso tamquam indignissimo Carolo Delphino, cuius omne jus in ejus forotem, & in Anglia regnum traductum est. Henricus autem, quandiu viveret Rex Carolus VI. Regni Francie Rector est constitutus Officialium Francie decreto, quos prioribus a Burgundo Joanne trucidatis, Henricus Anglus & Barbara Elisabetha cum Rege delito suoque impote promoverant. His ita constitutis, Henricus in Angliam revertit, & quasi Orbis terrarum vicit ab Anglis magnificissime excipitur. Clarentia Ducem fratrem Parisius reliquerat cum titulo Gubernatoris Regni & Urbis. Delphinus in his rerum angustiis contendebat, ut se propugnaret. Pauce in ejus obsequio provincie permanerant, Andegavi, Turones, Pictones, Arverni, Bituriges, & Occitani. Ad eas provincias in fide continendas, sumendaque ex eis subsidia, professionem feliciter obiit in Occitaniam. Scotti quoque magno numero exercitum ad Delphinum transmiserunt duce Joanne Stuardo Comestabile Regni Scotiae, aliiisque & primori nobilitate comitantibus. Dux Clarentia ut auditit Delphinum copiis succinctum Baugae non procul Andegava agere, imparibus sibi viribus ad illum profigandum occurrit. Atrox conseritur prælium, quo Angli magno exi numero, fugatiue sunt, ipseque Clarentius in acie fortiter dimicans occubuit. Scotorum in eo certamine præcipua laus fuit Comiti Bonkentio Scoti, cui datus fuit a Delphino ensis Comestabilis Francie. Ea clades Henricum ab Anglia properanter excivit, qui secum in Galliam adduxit ad copiarum, quas habebat in Gallia, supplementum sex equitum milia, & pedum milia viginti quatuor. Cum his Vindocinum oppugnat, sed crebris propugnantium eruptiobibus repulsi post amissa suorum quatuor milia recessit inglorius. Neque vero ius supermixit. Ingravecente morbo, ad Vincenniarum nemus delatus est. Paullo ante ex novo matrimonio infans ei natus est Henricus, qui mortuus parente dictus est sextus, duos sibi superstites fratres reliquit Berfortium & Glocestrium Duxes, rogans, ut filio suo patrum loco essent. Berfortio regni Francie, Glocestrio Anglie administrationes partitus est. Ejus mortem brevi subsequuta est Caroli mors Francie Regis anno 1422. Atque ita factum est, ut tantopere agitatis Delphinus, defunctus patre, in iura regis successonis, & naturæ lege & gentium institutis & Francie inconcluso jure vocatus sit, dictusque Rex Carolus VII. Quia vero innumeris potentissimorum adversariorum & populorum seductorum, undique premebatur obstaculis, quæ perumpere nulla poterat humana industria, necesse fuit, ut eum divina providentia erigeret mirifice & invicta modo.

26. Joanna Darcia rusticana & simplicis animi puella, cuius parentes agricultura vitam inopem sustinabant, ipsa vero ab infantia pascendo ovium gregi iussi parentum intenta, rure agens crebris ad Deum & Deianam Virginem precibus assueta, suscitata fuit a Deo, qui ad magnificandam suam potentiam, humananque superbiam deprimentam, infirmioribus aliquoties utitur instrumentis, & potentissimorum Principum & perduellium populorum factiones viresque infringeret, & colapsum absque ulla spe regnum erigeret, viso plurquam semel caelesti nuncio Michaelie Archangelo regni protetore, jubetur ad Francia Regem profici, arma induere, liberare ab Anglica obfisione Aureliam, Regemque Remos ad inaugurationem perducere. His mandatis sapis repetitis tantum apud parentes contendit, ut eam ad Robertum Baudricurtum, qui pro Rege Vallicolorum (Vancouleur) proximum oppidum præfatus obtinebat. Is puellam primo de ridiculo habitam, mox confitentem in eis, quæ visa affirmabat, quin etiam ante vaticinante Francorum cladem, quam paulo post in Halcum prælio Franci ab Anglis accepérunt, tandem tribus ipsius fratribus comitatam ad Regem mittit. Chinone tunc in Turonibus verstantem qui leuis Baudricurti litteris puellam admittit, qua ad annos octodecim acceperat. Rex assumpta ueste, quæ Regem oscultaret, seque promisus inter proceros immiscens, protinus a puella, quæ nunquam illum perpicebat, agnoscerit & salutatur, eique illa modeste, sed cum fiducia Divinum mandatum exponit; ejusque interrogatis diversis, admirabili prudentia satisfacit. Rex ne temere fidem rei usque adeo iniustitate adhiberet, jubet puelle animum explorari primum ab Optimatibus, deinde a peritissimis ad hoc acerbitis viris, postremo a Regina probata Virginis castitia. Ipse demissus Rex in spem divinam opis adductus jubet illam armis ceterisque rebus ad bellum intrui. At illa postulat sibiensem inquiri nunquam a se oculis perlustratum, locumque designat aediculam Sancte Catharinae de Fera Sylva (de Fierbois) in iisdem Turonibus, qui repertus est de tholo appensus rubigine obitus, sed ad miraculi incrementum,

mentum, repente detersa rubigine inter manus tractantum resplenduit, vixque fuit in lamina quinque crucis insculpta cum liliis. Vexillum præterea candidum armis adjunxit, cui erat ex una parte Christi & crucis pendens, & ex altera Maris Virginis ab Angelo salutata apida effigies. Aureliam civitatem amplissimam ad Ligeris fluens sitam, tam arcta obfisione cinxerant præstantissimis & animis conjunctissimi Anglorum Duxes, Sarisberiensis Comes, cum Suffolciensi, & Talboti III. Pontifice delegati viri integerrimi reviso revocatoque judicio Joannam innoxiam pronunciarunt, ac per summum nefas damnatam.

28. Martinus Papa V. indicte Basileensi Concilio e vivis excepit anno 1431, cui sufficiens est Eugenius nomine IV. cuius Pontificatus anno primo auspicatum est cœcumenicus Basileensi Concilium. Est vero Basilea ciuitas, vel eadem vel illi proxima, quæ a Ptolomeo Augusta Rauracorum dicitur, & quæ Concilium I. Constantiensis, deinde Senenii sub Martino electa fuerat ad proximum generale Concilium. Hujus initio Patres, qui convenerant, cum conarentur leges reformationis Pontificis personæ ejusque domui atque Romanae Curiae præscribere, nata est inde similitus inter Eugenium suam Curiam, & ipsum Concilium, quod illi Patres cauabantur multa moliri contra Pontificis potestatem: eoque tempore controversia recruduit de Concilii supra Pontificem autoritatem, magnò utrinque studio & contentione: adeo ut Eugenius ipso, priore anno conatus sit Concilium dissolvere, cum triennio integrō inter ambas partes pertinax agitata sit alteratio; quæ tamen, interveniente Sigismundo, utrumque per quadriennium sopita est, quo multa subluria configituere Concilii Patres. Sed renascente denuo illa de potestate controversia, videns Eugenius adversarios ordinari adversum se redintegrare processus, quales habuerant Constantienes Patres adversus Joannem Papam XXIII. ut hos coenatus infringenter, Concilium de plenitudine potestatis Ferrariam transtulit, speciosam prætexens caussam de Grecorum adventu, pro conciliandi Orientalibus Ecclesiis cum Latina, nec volentium asperam difficillimamque professionem per arduos & præruptos montes aggredi, nivibus & glacie cooperatos, præferrim cum illo in Imperator regiæ urbis Patriarcha senio provectus cum aliis multis Antistitibus atate vel delicata complexione debiles adventuri essent: prætereaque non nisi cum intolerabilibus expensis tam aspera profectio fieri posset. In summa, nolle Orientales nisi in aliqua urbe Italæ consistere, ad quam naviis appellere possent, & unde facilis pro redditu solventer. At vero Basileenses decretum Constantiensis de non mutando vel transferendo Concilii loco indicte, tametsi recentissima esset memoria nefandi illius schismatis, quod Ecclesiastis quinquaginta annis foedissime laceraverat, eo usque servari insisterant, ut in novum schismatis precipites se conjice non reformardint. Deposito enim Eugenio quarto Amedeum Sabaudia Ducem sub Felicis quarti nomine subrogarunt. Tunc vero cum Eugenium deposuit Basileenses, adeo erant numero innimici, quando se Concilii tamen generalis nomine iactabant, ut septem dumtaxat Episcopi apud eos supererant, reliqui enim Basilea discendentes ad Eugenii partes transierant. Qua ex causa Basileenses eo adducti sunt ob Episcoporum penuriam, ut simplices Sacerdotes ex parte cum Episcopis suffragium advocarent, etiam Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus, Canonum consummatissimus Doctor, huic novitati & dedecori, quantum poterat, obstatisset. Jus enim Canonicum ad depositum cuiuscumque singularis diocesis Episcopi non minus quam duodecim requirit Episcops cap. si quis, 15. q. 7. & tamen Basileenses omnes Episcopi numero fitem crediderunt posse a se deponi summum Pontificem Eugenium.

29. Anno Chr. 1438. dum Basileenses catus ab Eugenio interdictos prosequuntur, suamque habent fissionem 32. nullo iam apud eos sedente Cardinali præter Ludovicum Arelatensem: qui, mox ut recessit ad Eugenium commigrans Julianus Cardinalis, præfudit inter Basileenses, dñec conventus illorum solitus fuit. Julianus autem qui ab initio præfederat Apostolicus Legatus, & Concilii potestatem adversus Eugenium revocantem fortiter propagnaverat, perspiciens denum Concilii motiones in apertum schismata rueret, se inde prudenter cum aliis plerique Prelatis subduxit, atque ad Eugenii partes deflexit. Quo eodem anno cœptum est Ferrarie generale Concilium, cui titulo Legati Apostolici præfudit Nicolaus Albergatus ex Ordine Cartusianum Cardinalis Presbyter tituli Sancte Crucis, vir Apostolice sanctitatis & virtutis, eximisque in rebus agendis prudentia. Ibi prima fissione decretum est, Eugenium justis de caussis & necessariis ex confilio sacri Senatus translustile Ferrariam Synodus Basileensis, istamque translationem esse canonicanam, proindeque Concilium Fert.